

Articulus 13
Carnis resurrectionem.

999. – Spiritus Sanctus non solum sanctificat Ecclesiam quantum ad animam, sed virtute eius resurgent corpora nostra. *Rom. 4, 24*: „Qui suscitavit Iesum Christum Dominum nostrum a mortuis“; et *I Cor. XV,21*: „Quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum“. Et ideo credimus secundum fidem nostram, resurrectionem mortuorum futuram.

1000. – Circa quam quatuor consideranda occurrunt. [...]

Circa primum sciendum, quod ad quatuor est nobis utilis fides et spes resurrectionis.

Primo ad tollendum tristitias quas ex mortuis concipimus. Impossibile est enim quod homo non doleat ad mortem cari sui; sed per hoc quod sperat eum resurrecturum, multum temperatur dolor mortis. *I Thess. IV,12*: „Nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut et ceteri qui spem non habent“.

1001. – Secundo aufert timorem mortis. Nam si homo post mortem non speraret aliam vitam meliorem, sine dubio mors esset valde timenda, et potius deberet homo quaecumque mala facere, quam incurrere mortem. Sed quia credimus esse aliam vitam meliorem, ad quam pervenimus post mortem, constat quod nullus debet mortem timere, nec timore mortis aliqua mala facere. *Hebr. II,14-15*: „Ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, idest Diabolum; et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti“.

1002. – Tertio reddit sollicitos et studiosos ad bene operandum. Si enim vita hominis esset tantum ista in qua vivimus, non inesset hominibus magnum studium ad bene operandum: quia quidquid faceret, parvum esset, cum eius desiderium non sit ad bonum determinatum secundum certum tempus, sed ad aeternitatem.

Artikel 13
Die Wiedererstehung des Fleisches.

999. – Der Heilige Geist heiligt die Kirche nicht nur in den Seelen, sondern durch seine Kraft werden auch unsere Leiber wiedererstehen. „Er hat Jesus Christus, unsern Herrn, von den Toten wachgerufen“ (*Röm 4,24*). Und: „Denn durch einen Menschen der Tod und durch einen Menschen die Auferstehung der Toten“ (*1 Kor 15,21*). Deswegen bekennen wir unserem Glauben gemäß die künftige Auferstehung der Toten.

1000. – Man muß hier mehrere Dinge bedenken. [...]

Was das erste anlangt, so ist uns der Glaube an die Auferstehung und die Hoffnung darauf in vierfacher Weise nützlich:

Zunächst heben sie die Traurigkeit auf, die wir wegen der Toten empfinden. Denn es ist unmöglich, daß ein Mensch über den Tod eines Freundes keinen Schmerz empfände. Durch die Hoffnung auf seine Wiedererstehung aber wird der Schmerz über den Tod sehr gemildert. „Wir wollen euch, Brüder, über die Entschlafenen nicht in Unkenntnis lassen, damit ihr euch nicht wie die anderen, die keine Hoffnung haben, betrübt“ (*1 Thess 4,12*).

1001. – Sodann nehmen sie die Furcht vor dem Tode hinweg. Wenn der Mensch nach dem Tode kein anderes, besseres Leben erhoffte, dann wäre ohne Zweifel der Tod sehr zu fürchten, und der Mensch müßte eher jedes Böse tun, als in den Tod gehen. Da wir aber glauben, daß es ein anderes, besseres Leben gibt, zu dem wir nach dem Tode gelangen werden, darf sicher keiner den Tod fürchten noch aus Todesfurcht irgend etwas Böses tun. „Damit er durch den Tod den vernichtete, der die Herrschaft über den Tod hatte: den Teufel, und die befreite, die aus Todesfurcht zeitlebens der Sklaverei preisgegeben waren“ (*Hebr 2,14*).

1002. – Der Glaube und die Hoffnung auf die Auferstehung machen besorgt und eifrig im rechten Tun. Denn wenn wir nur dieses Leben hätten, das wir jetzt leben, dann hätten die Menschen keinen sonderlichen Eifer in den guten Werken. Was immer sie tun würden, schiene ihnen gering, denn das Sehnen des Menschen geht nicht auf ein zeitlich eingegrenztes Gut, sondern auf die Ewigkeit.

Sed quia credimus quod per haec quae hic facimus, recipiemus bona aeterna in resurrectione, ideo studemus bona operari. I *Cor.* XV,19: „Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiles sumus omnibus hominibus“.

1003. – Quarto retrahit a malo. Sicut enim spes praemii allicit ad bonum operandum, ita timor poenae, quam credimus malis reservari, retrahit a malo. *Ioan.* V,29: „Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae; qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii“. [...]

1008. – [...] [S]ciendum est, quod quantum ad bonos erit specialis gloria, quia sancti habebunt corpora glorificata in quibus erit quadruplex conditio.

Prima est claritas: *Matth.* XIII,43: „Fulgebunt iusti sicut sol in regno Patris eorum“. Secunda est impassibilitas; I *Cor.* XV,43: „Seminatur in ignobilitate, surget in gloria“; *Apoc.* XXI,4: „Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum; et mors ultra non erit, neque luctus neque clamor neque dolor erit ultra, quia prima abierunt“. [...] Quarta est subtilitas: I *Cor.* XV,44: „Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale“: non quod omnino sit spiritus, sed quia erit totaliter Spiritui subiectum.

1009. – [...] [S]ciendum, quod damnatorum conditio contraria erit conditioni beatorum, quia erit in eis poena aeterna [...]. Nam corpora eorum erunt obscura: *Isai.* XIII,8: „Facies combustae vultus eorum“. Item passibilia, licet nunquam corrumpantur; quia semper in igne ardebunt, et nunquam consummabuntur: *Isai.* LXVI,24: „Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur“. Item erunt gravia: anima enim erit ibi quasi catenata [...].

(Lateinischer Text: www.corpusthomicum.org)

Aber weil wir glauben, daß wir für unser irdisches Tun ewige Güter bei der Auferstehung empfangen werden, deswegen bemühen wir uns, gute Werke zu tun. „Wenn wir nur für dieses Leben auf Christus hoffen dürfen, so sind wir die erbärmlichsten unter allen Menschen“ (I *Kor* 15,19).

1003. – Endlich halten Glaube und Hoffnung auf die Auferstehung uns vom Bösen zurück. Wie die Hoffnung auf Belohnung uns dazu drängt, Gutes zu tun, so reißt uns die Furcht vor der Strafe, von der wir glauben, daß sie den Bösen vorbehalten ist, vom Bösen weg. „Und es werden, die gute Werke getan haben, zur Auferstehung ins Leben hervorgehen; die aber Böses taten, zur Auferstehung ins Gericht“ (*Joh* 5,29). [...]

1008. – [...] Bei der Auferstehung werden die Guten eine besondere Herrlichkeit empfangen. Die Heiligen werden den Leib der Herrlichkeit haben:

lichtglänzend („Die Gerechten werden im Reiche ihres Vaters leuchten wie die Sonne“, *Mt* 13,43); leidensunfähig („Gesät wird in Unansehnlichkeit, auferweckt in Herrlichkeit“, I *Kor* 15,43). „Gott wird jede Träne von ihren Augen abwischen, und es wird künftig keinen Tod mehr geben; keine Trauer, kein Schrei, kein Schmerz wird künftig sein, denn das Frühere ist vorbei“ (*Offb* 21,4). [...] Von großer Feinheit („Gesät wird ein irdischer Leib, auferstehen wird ein geistiger Leib“, I *Kor* 15,44), nicht weil er ganz Geist wäre, sondern weil er ganz dem Geist unterworfen sein wird.

1009. – [...] Der Zustand der Verdammten wird dem der Heiligen entgegengesetzt sein, weil in ihnen die ewige Strafe ist [...]. Der Leib der Verdammten wird düster sein. „Ihr Aussehen: versengte Gesichter“ (*Jes* 13,8). Er wird leidensfähig sein, obwohl er nie zerstört und versehrt werden wird. „Ihr Wurm wird nicht sterben und ihr Feuer nicht verlöschen“ (*Jes* 66,24). Ferner wird er lastend schwer sein; denn die Seele ist dort gleichsam gefesselt [...].

(Deutsche Übersetzung: Josef Pieper)

Aus: Thomas von Aquin, *Das Credo, Auslegungen zum Apostolischen Glaubensbekenntnis. Lateinisch-deutsch* (= Einführende Schriften, 3), München: Pneuma 2019.

Articulus 14
Vitam aeternam. Amen.

1010. – Convenienter in fine omnium desideriorum nostrorum, scilicet in vita aeterna, finis datur credendis in symbolo, cum dicitur: „vitam aeternam. Amen.“

Contra quod dicunt illi qui ponunt animam interire cum corpore.¹ Si enim hoc esset verum, homo esset eiusdem conditionis cum brutis: et istis convenit illud *Psal.* XLVIII,21: „Homo, cum in honore esset, non intellexit; comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis“. Anima enim humana assimilatur Deo in immortalitate, ex parte autem sensualitatis assimilatur bestiis. Cum ergo credit quis quod anima moriatur cum corpore, recedit a Dei similitudine, et bestiis comparatur: contra quos dicitur *Sap.* II,22-23: „Neque mercedem speraverunt iustitiae, nec iudicaverunt honorem animarum sanctarum: quoniam Deus creavit hominem inexterminabilem, et ad imaginem similitudinis suae fecit illum“.

1011. – Est autem primo considerandum in hoc articulo, quae vita sit vita aeterna. Circa quod sciendum

A) quod in vita aeterna primum est quod homo coniungitur Deo. Nam ipse Deus est praemium et finis omnium laborum nostrorum: *Gen.* XV,1: „Ego protector tuus sum, et merces tua magna nimis“.

Consistit autem haec coniunctio in perfecta visione: I *Cor.* XIII,12: „Videmus nunc per speculum in aenigmate: tunc autem facie ad faciem“.

Item consistit in summa laude: [...] *Isai.* LI,3: „Gaudium et laetitia invenietur in ea, gratiarum actio, et vox laudis“.

1012. – B) Item in perfecta satietate desiderii: nam ibi habebit quilibet beatus ultra desiderata et sperata.

Cuius ratio est, quia nullus potest in vita ista implere desiderium suum, nec unquam aliquod creatum satiat desiderium hominis: Deus enim solus satiat, et in infinitum excedit: et inde est quod non quiescit nisi in Deo, Augustinus, in I *Conf.*:

¹ Vgl. dazu Gennadius, *De ecclesiasticis dogmatibus* 16 (PL 58, 984 D), der die Herkunft dieser Ansicht bei [christlichen] Arabern situiert. Grundlage dafür ist Eusebius von Cäsarea, *Historia ecclesiastica* VI 37 (PG 20,597). Vgl. ferner Augustinus, *De haeresibus* 83 (PL 42,46)

Artikel 14
Das Ewige Leben. Amen.

1010. – Es ist sinnvoll, daß mit dem Ziel unserer Sehnsucht, nämlich mit dem Ewigen Leben, das Glaubensbekenntnis beschlossen wird mit den Worten: „Das Ewige Leben. Amen.“

Das Ewige Leben bestreiten die, die behaupten, die Seele gehe mit dem Leibe zugrunde. Wenn das wahr wäre, dann würde der Mensch mit den vernunftlosen Tieren in gleicher Lage sein. Auf die, die solches behaupten, mag das zutreffen: „Obgleich der Mensch in Ehren stand, hat er keine Einsicht gezeigt. Vernunftlosen Zugtieren wird er gleich; ihnen ist er ähnlich geworden“ (*Ps* 49 [48],21). Die Menschenseele gleicht Gott in ihrer Unsterblichkeit, in ihrer Sinnhaftigkeit aber den Tieren. Wenn also jemand glaubt, die Seele sterbe mit dem Leib, dann läßt er von der Ähnlichkeit mit Gott und wird den Tieren gleich. Dawider steht im *Buch der Weisheit* (2,22f): „Sie erhoffen keinen Lohn für die Gerechtigkeit und halten nichts von der Ehre heiliger Seelen. Doch Gott schuf den Menschen unvergänglich, zum Bilde seiner Ähnlichkeit schuf er ihn.“

1011. – Bei diesem Glaubenssatz ist aber zuerst zu erwägen, was für ein Leben das Ewige Leben ist.

A) Im Ewigen Leben wird der Mensch mit Gott verbunden. Denn Gott selbst ist der Lohn und das Ziel all unserer Mühen. „Ich bin dein Beschützer, und der Lohn ist überreich“ (*Gen* 15,1).

Diese Vereinigung aber besteht in der vollkommenen Schau. „Wir sehen jetzt gleichnishaft im Spiegel, dann aber von Angesicht zu Angesicht“ (1 *Kor* 13,12).

Ebenso besteht sie im höchsten Lobpreis. [...] „Freude und Frohlocken finden sich darin, Danksagung und Lobpreis (*Jes* 51,3).

1012. – B) Ferner in der vollkommenen Sättigung unseres Verlangens. Denn dort wird jeder Selige über das gewünschte und erhoffte Maß hinaus empfangen.

Das bedeutet: Keiner kann in diesem Leben sein Sehnen stillen; niemals sättigt irgendein Geschöpf das Verlangen des Menschen. Denn Gott allein vermag zu sättigen. Deswegen findet der Mensch seine Ruhe nur in Gott. Augustinus sagt im 1. Buch der *Bekennnisse*:

„Fecisti nos, Domine, ad te, et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te“.¹ Et quia sancti in patria perfecte habebunt Deum, manifestum est quod satiabitur desiderium eorum, et adhuc gloria excedet. Et ideo dicit Dominus, *Matth.* XXV,21: „Intra in gaudium Domini tui“. Augustinus: „Totum gaudium non intrabit in gaudentes, sed toti gaudentes intrabunt in gaudium“². *Psal.* XVI,15: „Satiabor cum apparuerit gloria tua“; et iterum CII,5: „Qui replet in bonis desiderium tuum“.

1013. – Quidquid enim delectabile est, totum est ibi superabundanter. Si enim appetuntur delectationes, ibi erit summa et perfectissima delectatio, quia de summo bono, scilicet Deo: *Iob* XXII,26: „Tunc super omnipotentem deliciis affluens“ [...].

Item si appetuntur honores, ibi erit omnis honor. [...]: *Apoc.* V,10: „Fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes“; *Sap.* V,5: „Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei“.

Item si scientia appetitur, ibi erit perfectissima: quia omnes naturas rerum et omnem veritatem, et quidquid volumus, sciemus, et quidquid volumus habere, habebimus ibi cum ipsa vita aeterna. *Sap.* VII,11: „Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa“ [...].

1014. – C) Tertio consistit in perfecta securitate: nam in mundo isto non est perfecta securitas: quia quanto quis habet plura et magis eminet, tanto plura timet et pluribus indiget; sed in vita aeterna nulla est tristitia, nullus labor, nullus timor. *Prov.* I,33: „Abundantia perfruetur, malorum timore sublato“.

1015. – D) Quarto consistit in omnium beatorum iucunda societate, quae societas erit maxime delectabilis: quia quilibet habebit omnia bona cum omnibus beatis. Nam quilibet diligit alium sicut seipsum; et ideo gaudebit de bono alterius sicut de suo. Quo fit ut tantum augeatur laetitia et gaudium unius, quantum est gaudium omnium. [...]

¹ Augustinus, *Confessiones* I 1 (CCL 27,1,6-7).

² Vgl. vielmehr Anselm von Canterbury, *Proslogion* 26 (ed. Schmitt I,121,3f.).

„Du hast uns, Herr, zu dir hin erschaffen, und unruhig ist unser Herz, bis es in dir Ruhe hat.“ Weil die Heiligen in der Heimat des Himmels Gott vollkommen besitzen werden, so ist es offenbar, daß ihr Verlangen gestillt wird, und die Herrlichkeit geht noch darüber hinaus. Daher sagt der Herr: „Geh ein in die Freude deines Herrn“ (*Mt* 25,21): Augustinus sagt: „Die volle Freude geht nicht ein in den, der sich freut, sondern die volle Zahl der sich Freuenden wird in die Freude eingehen.“ „Ich werde satt werden, wenn deine Herrlichkeit erscheint“ (*Ps* 17 [16],15). Und wiederum: „Der mit Gütern dein Sehnen stillt“ (*Ps* 103 [102],5).

1013. – Was immer Freude bringt, das ist dort ganz in überreicher Fülle. Wenn du Ergötzen suchst, dort wird höchstes und vollkommenstes Ergötzen sein, nämlich am höchsten Gut, an Gott. „Dann wirst du von Wonne über den Allmächtigen überfließen“ (*Ijob* 22,26). [...]

Oder wenn du nach Ehren verlangst, dort wird alle Ehre sein. [...] „Du hast sie für unseren Gott zu Königen und Priestern gemacht“ (*Offb* 5,10). „Siehe, wie sie unter die Söhne Gottes gezählt werden“ (*Weish* 5,5).

Oder wenn du nach Wissenschaft verlangst, dort wirst du die vollkommenste haben, denn das Wesen aller Dinge und alle Wahrheit werden wir wissen und was immer sonst wir wünschen. Und was immer wir haben wollen, werden wir dort mit dem Ewigen Leben zugleich besitzen. „Alle Güter kamen mir zugleich mit ihm“ (*Weish* 7,11). [...]

1014. – C) Ferner besteht das Ewige Leben in vollkommener Sicherheit. Auf dieser Welt gibt es keine vollkommene Sicherheit. Je mehr einer hat und je mehr er gilt, desto mehr fürchtet er, und um so mehr braucht er. Aber im Ewigen Leben gibt es keine Traurigkeit, keine Mühe, keine Furcht. „Er wird vom Überfluß genießen, der Furcht vor Unglück enthoben“ (*Spr* 1,33).

1015. – D) Endlich besteht es in der Gemeinschaft mit allen Seligen. Diese Gemeinschaft wird im höchsten Maße Freude bedeuten, denn jeder wird alle Güter mit allen Seligen gemeinsam besitzen. Jeder wird den andern wie sich selbst lieben und deswegen sich über das Gut des andern wie über sein eigenes freuen. Dadurch wird die Freude und die Fröhlichkeit des einen um so viel gemehrt, als sie die Freude aller ist. [...]

1016. – Haec quae dicta sunt, et multa ineffabilia habebunt sancti qui erunt in patria. Mali vero, qui erunt in morte aeterna, non minus habebunt de dolore et poena quam boni de gaudio et gloria.

1017. – Exaggeratur autem poena eorum, primo ex separatione Dei et omnium bonorum. Et haec est poena damni, quae respondet aversioni, quae poena maior est quam poena sensus. *Matth.* XXV,30: „Inutilem servum eiicite in tenebras exteriores“. In vita enim ista mali habent tenebras interiores [...]; sed tunc habebunt etiam exteriores.

Secundo ex remorsu conscientiae. *Psal.* XLIX,21: „Arguam te et statuum contra faciem tuam“. *Sap.* V,3: „Prae angustia spiritus gementes“. Et tamen haec poenitentia et gemitus erit inutilis, quia non propter odium mali, sed propter dolorem poenae.

Tertio ex immensitate poenae sensibilis, scilicet ignis Inferni, qui animam et corpus cruciabit: quae est acerbissima poenarum, sicut dicunt sancti¹; et erunt sicut semper morientes, et nunquam mortui nec morituri: unde dicitur mors aeterna, quia sicut moriens est in acerbitate poenarum, sic et illi qui sunt in Inferno. *Psal.* XLVIII,15: „Sicut oves in Inferno positi sunt: mors depascet eos“.

Quarto ex desperatione salutis. Nam si eis daretur spes liberationis a poenis, eorum poena mitigaretur; sed cum subtrahitur eis omnis spes, poena efficitur gravissima. *Isai.* LXVI,24: „Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur“.

1018. – Sic ergo patet differentia inter bene operari et male: quia bona opera ducunt ad vitam, mala autem trahunt ad mortem; et propter hoc homines deberent frequenter reducere haec ad memoriam, quia ex hoc provocarentur ad bonum et retraherentur a malo.

¹ Vgl. z.B. Augustinus, *Enarrationes in Psalmos* 37,3 (CCL 38,384,33-42).

1016. – Dies alles, was wir nannten, und noch vieles, was unaussprechlich bleibt, werden die Heiligen, die im Vaterland des Himmels weilen, besitzen. Die Bösen aber, die im ewigen Tode sein werden, werden nicht weniger an Schmerz und Strafe haben als die Guten an Freude und Herrlichkeit.

1017. – Ihre Strafe besteht vor allem in der Trennung von Gott und allen Guten. Und das ist die Strafe des Verlustes, die der Abwendung von Gott in der Sünde entspricht. Diese Strafe ist größer als die Strafe der Sinne. „Werft den unnützen Knecht hinaus in die äußerste Finsternis“ (*Mt* 25,30). Denn in diesem Leben bergen die Bösen Finsternis in sich [...]; aber dann wird sie auch nach außen hin aus ihnen hervorbrechen.

Die Strafe der Verdammten besteht ferner in der beißenden Qual des Gewissens. „Ich will dich überführen und sein Gesicht gegen dich setzen“ (*Ps* 50 [49],21): „Vor Herzensangst seufzen sie“ (*Weish* 5,3). Trotzdem werden diese Reue und dieses Seufzen unnütz sein, weil sie nicht aus Haß gegen das Böse, sondern aus dem Schmerz der Strafe entspringen.

Weiter in der Unermeßlichkeit der sinnhaften Strafe des ewigen Feuers, das Leib und Seele quälen wird. Das ist die bitterste der Strafen, wie die heiligen Väter sagen. Die Verdammten werden wie immer Sterbende sein, aber niemals tot, und niemals werden sie sterben. Deshalb heißt die Verdammnis der ewige Tod, denn wie der Sterbende in bitterer Pein liegt, so jene in der Hölle. „Wie Schafe sind sie in die Hölle getrieben, der Tod weidet sie“ (*Ps* 49 [48],15).

Die ewige Verdammnis besteht endlich in der Verzweiflung am Heil. Wenn den Verdammten die Hoffnung auf Befreiung aus der Qual bliebe, dann würde dadurch ihre Pein gemildert werden. Aber da ihnen jede Hoffnung genommen ist, steigert sich die Qual bis zum Äußersten. „Ihr Wurm wird nicht sterben und ihr Feuer nicht erlöschen.“ (*Jes* 66,24)

1018. – So tritt also der Unterschied zwischen rechtem und bösem Tun ans Licht. Gute Werke führen zum Leben, schlechte aber reißen in den Tod. Deswegen sollten sich die Menschen das häufig ins Gedächtnis zurückrufen, denn dadurch würden sie zum Guten aufgerufen und vom Bösen zurückgehalten.

Unde et signanter in fine omnium ponitur: "Vitam aeternam", ut semper magis memoriae imprimatur: ad quam vitam nos perducatur Dominus Iesus Christus, Deus benedictus in saecula saeculorum. Amen.

(Lateinischer Text: www.corpusthomicum.org)

So wird wie ein Zeichen an den Schluß von allem gesetzt: „Das Ewige Leben“, damit es sich immer mehr dem Gedächtnis einprägen. Zu diesem Leben möge uns führen der Herr Jesus Christus, Gott, hoch gelobt in Ewigkeit. Amen.

(Deutsche Übersetzung: Josef Pieper)

Aus: Thomas von Aquin, Das Credo, Auslegungen zum Apostolischen Glaubensbekenntnis. Lateinisch-deutsch (= Einführende Schriften, 3), München: Pneuma 2019.

